quae autē par hypate hypaton uel in diatonico uel in chromatico dicebantur · lychanos hypaton
in enarmonio nuncupatur · Sunt igitur immobiles quidem proslambanomenos · hypate hypaton ·
hypate meson · mese · nete synemmenon · paramese · nete diezeugmenon · nete hyperboleon ; Mobi
les uero · quas lychanas uel paranetas · uel diatonicas uel cromaticas uel enarmonias ~~uocauit~~ [mus] ·
Non in totum mobiles aut inmobiles · quas parhypatas · tritas in diatono · uel chromate · lycanas
autem uel paranetas in enarmonio genere dicimus · DE CONSONANTIARUM SPECIEBUS ·
Nunc de speciebus primarum consonantiarum tractandum ē · Primae autē consonantiae sunt
diapason diapente diatesseron · Species autem est quaedam positio propriam habens formam
secundum unum quodq· genus · in unius cuiusq· [sesq̄ dia p̄t] proportionis consonantiam facientis terminis
constituta · ut in diatonico genere · Nam si diezeugmenon tetrachordū · Inter hyperboleon
tetrachordum mesenq; ponamus subtracto scilicet sinemmenon tetrachordo · erunt xv nerui ·
At si ab his proslambanomenos detrahatur · erunt xiiii ; hi ergo disponantur hoc modo · Sit a hypate
hypaton · B · parhypate hypaton · c · hypaton lychanos · d · hypate meson ; e parhypate meson · f · ly
chanos meson · g · mese · h · [para] mese · I trite diezeugmenon · K paranete diezeugmenon · L nete diezeug
menon · M trite hyperboleon ; N paranete hyperboleon · O nete hyperboleon · Ab hypate igitur
ad [para] mesen · diapason consonantia est · Ab eadem uero [para] mese ad lychanon hypaton [hypate meson] ; diapente · A mese
uero ad hypaten meson diatesseron · Erit igitur diapason quidem · octo cordarum · Diatesseron uero
quattuor · Diapente autem quinq; · Ac per hoc habebit diatesseron quidem species tres · Diapen
te autem species quattuor · Diapason uero species septem · Sempq; unaminus species erit · quam fuerint
uoces ; Ut enim a mese ceteras ordiamur · diatesseron consonantiae species · sunt tres hoc modo · Una
quidem species erit ab g ad d · secunda uero ab f ad c · Tertia ab e ad B · et hucusq; diatesseron speci
es progrediuntur · idcirco quia hucusq; species · binos continent neruos [primę] eiusdem diatesseron g d ·
quidem eos qui sī ef; et fc · eos qui sunt ed ; et eb · eos qui sunt ed · Si uero his adiecerō diatesseron da
diuersa erit ab ea quae ē g d · Unum enim solum g d · consonantia e neruum continebit id ē d · solū ꝛ
excessit igitur g d · Consonantiam ꝛ ad q; ideo diatesseron tres species habere perhibetur · et in ceteris quidē
consonantiis idē ē · Diapente autem quattuor species erunt hoc modo · Una quidem ab eo quod ē h ad d · Alia
uero · ab ea quod ē g ad c · Alia ab eo · quod ē f ad B · Alia autem ab eo quod ē e ad a ꝛ diapason uero con
sonantię septem erunt species hoc modo · Prima ab eo quod ē o ad g · Secunda ab eo quod est [N] x̄ ad f · Tertia
ab eo quod ē · M ad e · Quarta ab eo quod ē L ad d · quinta ab eo quod ē K ad c · Sexta ab eo quod ē I ad B ·
Septima ab eo quod ē h ad a · Liquet igitur ex his quae dicta sunt · diatesseron consonantiam semel tantū
immobilibus ac statutis uocibus contineri · Nam si ab hypate hypaton incipiam · erit ad i dest
ab [bi] hypate hypaton in meson hypaten ea que ē in hac ordine prima · Nam caeterae non statutis
uocibus terminantur · ut B E · C F · Nam et parhypate hypaton et parhypate meson · et lychanos

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. p.%20125 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/p.%20125)